

# SCRIPTA

---

**Numéro Scripta :** 6561

**Autre(s) référence(s) :** Bates 245

**Auteur(s) :** Jean II d'Ivry, Rouen (archevêque)

**Bénéficiaire(s) :** Rouen, Saint-Ouen (abbaye)

**Genre d'acte :** charte

**Authenticité :** non suspect

**Datation :** 1074

**Lieu d'émission :** Rouen

**Action juridique :** autre

**Langue du texte :** latin

## Analyse

Jean [II], archevêque de Rouen, notifie la transformation du prieuré Saint-Victor[-en-Caux], qui appartenait à l'abbaye Saint-Ouen [de Rouen], en abbaye faite à la demande de Roger de Mortemer.

## Tableau de la tradition

### Original

A. Rouen, Archives départementales de Seine-Maritime, 14 H 911 (2).

### Éditions principales

a. Pommeraye Jean-François, *Sanctae Rotomagensis Ecclesiae Concilia ac Synodalia Décréta*, Rouen, Impensis & Typis Bonaventurae Le Brun, 1677, p. 97-98.

b. Piolin Paul, Sainte-marthe Denis de, *Gallia Christiana in provincias ecclesiasticas distributa*, t. XI, Paris, Palmé, 1874, Instrumenta, col. 16-17.

c. Bates David, *Regesta Regum Anglo-Normannorum*, the Acta of William I (1066-1087), Oxford, Clarendon Press, 1998, n° 245, p. 746-749.

### Indications

Davis Henry William Carles, *Regesta Regum Anglo-Normannorum, 1066-1154*, vol.1, *Regesta Willelmi Conquestoris et Willelmi Rufi, 1066-1100*, Oxford, Clarendon Press, 1913, n° 77.

Texte établi d'après c

Joh(anne)s Dei gratia Rothom(agensis) archiepiscopus, universis Christi fidelibus salutem, gratiam, et benedictionem. Notum sit omnibus modernis et futuris, quod petitio Rogerii de Mortuomari et uxoris eius Hadevise ad nos venit, ad dominum Guill(eltu)m regem Anglorum et ad me, sedentes et tractantes de negotiis ecclesiasticis et secularibus cum episcopis in quodam concilio congregato in urbe Rothom(agensi), ut domnum Nicholaum abbatem sancti Aud(oeni) Rothom(agensis), cognatum nostrum, obnixè conveniremus, quatinus pro amore Dei et nostri abbatiam fieri dimitteret de quodam prioratu de ecclesia sancti Victoris in Caletto, in qua habitabant monachi sancti Audoeni, que dicitur ad sancti Victorem, et quam ecclesiam quidam presbyter nomine Tormort, de cuius iure erat, ecclesie sancti Audoeni assensu Guillelmi tunc ducis Norm(annorum), et Malg(erii) archiepiscopi

Rothomagensis, et Rog(erii) de Mortuomari, in cuius feodo erat, pro salute anime sue dederat in eleemosinam, et in ecclesia sancti Aud(oeni) monachus effectus fuerat, cum quodam nutritio suo nomine Gisleb(erto). Et prefatus Rog(erus) concessit ut tantum redditum auget ecclesie sancti Victoris et ecclesie sancti Aud(oeni), ut honorifice ibi Deo monachi servire possent, et eis digne sufficeret, et quale dominium antea habuerat ecclesia sancti Aud(oeni) in prioratu, tale postea in abbatia eternaliter possideret. Cum vero predictus abbas Nich(olaus), assensu capituli sui, et rogatu nostro, et amore Rog(erii) et uxoris sue, hoc concessisset, Rad(ulfum) quendam monachum suum ibi abbatem preficiens ad supradictum locum construendum misit, et cum eo de monachis suis sancti Aud(oeni), Fulbertum, Gislebertum Fauvetel, Herbertum Treton, et Guillelmum ; tali tamen conditione quod dominium suum sancti Audoeni in domo sancti Victoris nullo modo minueretur, sed ibi poneret abbatem alio defuncto, sicut priorem ponere solebat, salva dignitate sancti Audoeni. Hoc enim constitutum est ante nos ratum et firmum esse in perpetuum, cuius rei testes sumus ex utraque parte. Si enim in disponendo abbate monachi vel laici rebelles ecclesie sancti Aud(oeni) fuerint, statuimus et firmiter precipimus Guill(elmus) rex, et ego Ioh(annes) Rothomagensis archiepiscopus, et Rog(erus) de Mortuomari, in quorum presentia hoc fuit factum, auctoritate domini pape Gregorii et regia potestate, omnibus heredibus et successoribus nostris, ut abbas sancti Audoeni accipiat ecclesiam prioratus sui sancti Victoris cum omnibus appenditiis suis tunc ibi inventis, in ecclesiis, in decimis, et aliis substantiis, et ponat priorem in ecclesia illa sicut antea sole(ba)t, ne ecclesia sancti Aud(oeni) pro liberalitate sua detrimentum patiatur fraude et dolo, quam antecessores nostri pro salute animarum suarum fundaverunt. Hanc conventionem auctoritate nostra ab abbate Nicolao et Rog(er)o de Mortuomari concessam coram rege, ratam esse statuimus, et presentis scripti et sigilli nostri auctoritate confirmavimus, et prohibuimus ego Iohannes Rothomagensis archiepiscopus, sub anathemate, ne quis ulterius clericus vel laicus audeat hoc infringere, presentibus istis episcopis, et mecum excommunicantibus, Gisleberto Ebroicensi episcopo, Odone Baioc(ensi), Hug(one) Lux(oviensi), Roberto Sagiensi, quorum anathemate omnes fractores huius operis consolidantur. Prefatus autem rex Guill(elmus) Anglorum prohibuit sub forisfactura xxi unciarum auri reddendarum duci Normannie, et xxi librarum Rothomagensi archiepiscopo, ne ab aliquo infringatur. Testibus predictis episcopis, et Fulberto archidiacono, et Rogero de Mortuomari, in cuius tempore hoc actum fuit anno ab incarnatione Domini M. LXXIII.